recedendum hinc vero praesenti iurisdictioni se cum successoribus quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet incorporando et subiiciendum sanus mens et corpore existens pro pace palam ac per expressum recognovit. Quia Nobilis Joannes Dobrzyniecki et eius successoribus summam Quadraginta florenorum pecunie monete et mensis polonicalis certi veri liquidi mutui ac essentialis debiti tenetur et est debitus hinc pro die et festo Sacrae Pentecostes proxime et immediate venturo in Castro Praemisliensi circa octa praesentia Castrensi Praemisliensi totaliter et in effectu dare solvere reponere relinquere non existente aut quomodo arestare sub vadio similis summe Quadraginta florenorum pecunie monete polonicalis in defectu solutionis summe eiusdem principalis pro tempore supra scripto solutionis assignatae ad solvendum succumbendum. Quod quidem vadium nox eadem die solutionis assignatae nullo dicto cuiusvis Iudicii aut Officii accedendum solummodo virtute Inscriptionis praesentis in summam essentialem et Capitale debitum videlicet Octuaginta florenorum pecunie convertetur hoc idque vadium cum summa essentiali mutui et super bonis omnibus ipsius Jaczmierski extenditur. Inscribitque se in Illominus cum successoribus suis in et super bonis suis omnibus praesentem Inscriptionem ex his Acta ad Acta Terrestria Praemisliensia cum decursum unius anni transferre et transportare sub vadio similis summe essentialis Quadraginta florenorum pecunie monete polonicalis. Pro quibus quidem vadio et vadiis ex quarumque re et causa succubitur et succumbendum quoniam se praenominatus Jaczmierski cum suis successoribus citare permiserit totus recedendum ab omni proprio foro et competendum in Officio praesenti Castrensi Praemisliensi semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere rationem Inscriptionis eidem et omnibus eius contentis satisfacere totus quoniam opus fuit cum suis successoribus tenebitur. Eundem terminum primum peremptorium et contenta Inscriptionis praesentis Citationis ac processus ex ea emanatae nullis modis vigore colloribus Motionibus appellationibus

earumque per adiectiones prosequutionem Quasionem paratae terminum Marcarum Dillonibus ad quietationem legalibus quibusvis impedimentis Constitutionem laudatae et laudandae evadendum subterfugiendumque nunc de cum successoribus suis omnibus iuris remediis beneficiisque sanatae et sanandae renuntiando et abdicando Quod mentali firmatum est.

Chlieptaczik quietat Lopussenski

Coram Officio Actisque praesenti Castrensi Capitulis Praemisliensibus personaliter stans Laboriosus Wasko Chlieptaczik de villa Mizowa subditus Jerrius Magnificus Stanislai Herborski de Fulstin Castellani Leopoliensis Samboriensisque etc. Capitanei a terris Districtibusque ac iuribus suis quibusvis propriis omnibus recedendum hinc vero praesenti iurisdictioni subiiciendum sanus mens et corpore existens pro pace palam ac per expressum recognovit. Quia a Provincto Fydlco Lopussenski advocato de villa Lopussenka summam Quadraginta florenorum pecunie monete polonicalis ad rationem summe Centum florenorum pecunie ipsi actis praesentibus inscriptis recepit et manualiter levavit ratione cuius receptionis eundem Lopussenski quietat liberumque ac immune fore cum ipsius successoribus perpetuis temporibus dimittit Inscriptionem vero praefatam in omni eius tenore salvam reservando consensu eiusdem Fydlco Lopussenski hic coram Officio personaliter stans ultroneo accedendum Quod mentali firmatum est.

Thurzaniczi quietant Terlieczki

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis Praemisliensibus Nobiles Andreas Petrus Hryzko Paulus et Georgius Thurzanscy fratres germani in Jacobo Indivisi filii et successores legitimi Nobilis olim Sieulco Thurzanski a terris Districtibus iuribusque suis quibusvis